



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

vij Quid si hostia [con]secrata aliq[uo] casu fuerit amota [quod] altari[us]
amissa

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Septimum

- vi** Quid agendum si sacerdos casualiter tangat hostiam cum na-
so mento barba veste vel alio huiusmodi
Solo. Si notabiliter tetigerit, ita vt verisimiliter timeri possit qd ali-
qua particula minima hostie ibidem manserit adherens. statim
post sumptionem hostie vel ante, si comode fieri poterit fricetur
cum extremitate patene sup corporale illa pars nasi. menti vel
illius quo tacta fuit hostia. Deinde excutiat corporale sup pa-
tenam. z si aliquid ibi appareat de hostia. sumatur vel mittat in
calicem z sumat cum sanguine. z nihilominus post ablutionem di-
gitoy discrete lauetur vel humectetur cum digito eadem ps
rei contracte. z abstergetur cum paniculo absteriuo quo calix
abstergi solet. Si cum veste vel alio consimili tetigerit excutia-
tur pars illa super patenam vel corporale. z agatur vt supra
tactum est.
- vii** Quid agendum si hostia consecrata p ventum vel aliquo alio **Dubium**
modo fuerit amota de altari z amissa.
Solo. Fiat diligentissima perquisitio ad inueniendum hostiam. que si in-
uenta fuerit reuerenter reponatur z procedatur in missa Si ve-
ro inueniri non possit accipiatur noua hostia. reiniciatur canon z
consecratur. deinde procedatur modo consueto.
- viii** Quid agendum si cum sumendum est sacramentum corpus chris-
ti miraculose appareat sub specie carnis vel pueri vel aliqua
alia non conuenienti humane refectioni
Solo. In tali casu non est sumendum. nec propter hoc sacerdos efficitur
transgressor precepti quo scz mandatur vt sacerdos conse-
crans sumere debeat consecratum. quia que miraculose fiunt
legibus non subduntur.
- ¶** Resoluit septem dubia circa panem consecratum siue corpus xpi post **Art. iij**
sumptionem occurrentia.
- I** Quid agendum sit si in sumptione sanguinis remaneat pars
hostie in fundo calicis
Solo. Lauendum est ne infundatur vinum vt cum illo sumatur. qd
si cum vino sumeretur ex quo vinum citius descenderet in sto-
machum z preueniret descensum illius partis hostie. tunc iam
solutum esset ieiunium. z ita sacerdos non ieiunus sumeret. qd
in hoc casu non debet. cum aliud z facile remedium haberi possit
hoc videlicet vt digito consecrato ducatur illa pars ad labium
calicis. z inde sumatur. postea digitus sugatur z abluatur cum
vino. z illud etiam sumatur.
- ¶** Quid agendum si post sumptionem sanguinis reperiantur aliquae **Dubium**
particulae siue reliquiae resolute de hostia
Solo. Si certum sit qd sint resolute de hostia consecrata. z reperiantur
ante sumptionem ablutionis. statim sumant. Si post sumptionem
ablutionis reperiant. z sit aliqua ita magna qd possit absqz
periculo tractari z reseruari. tunc reseruetur usqz ad primam cele-